

*fectos intellege praetorii. Ad Avitianum vicarium Africae rescripsit Iulianus a. 562 (cod. Theod. 8, 3, 15. 11, 28, 1. 15, 5, 2; cod. Iust. 8, 10, 7); eiusdem meminuit Anm. Marcell. 27, 7, 1. Ex hoc titulo apparet, eum hoc munere fungi coepisse vivo etiamtum Constantio.*

**5535** pro beatitudine principum maximorum | ddd. nnn. Valentiniani Valentis adq. Gratiani<sup>1</sup> perpetu. | semper Auggg., Fl. Simplicius v. c., consularis sexfascalis p. N.<sup>2</sup> | Constantinae, numini maiestatiq. eorum semper dicatus, basilicam dedicavit, Rutilius vero Saturninus v. c. pro editione mun[er]is debiti a solo faciendam exaedificandamq. curavit.

*Cuiculi (Djemila) in Numidia (VIII 8524 videtur vidisse Delamare). — 1) A. 567—575. — 2) Cf. N. 5520 not. 4.*

**5536** pro beatitudine [temporum] | dd. nn. Valenti[niani et Valen]tis semper Augus[torum]<sup>1</sup>, basili]cam vestiariam d . . . . [ex]truxit dedicavitq[ue Publilius] | Caeionius Caecina Al[binus v. c.], | consularis sexfasc[alis p]rovin[ciae Numidiae]<sup>3</sup>, curante ac propri[o] sumptu perficiente Rutilio Satur[nino v. c.

*Cuiculi (Djemila) in Numidia (VIII S. 20156 vidimus fragmenta Purgold et ego). — 1) A. 564—567. — 2) Fortasse basilica negotiatoribus vestiariis maxime destinata. Romae quoque eiusdem nominis basilica fuisse videtur, teste Notitia urbis (app.), cuius tamen plurimi codices Vestiliam illam appellant (Jordan Topogr. II p. 568 cf. p. 220). — 3) Idem consularis est infra N. 5554. 5571 et alibi (cf. C. I. L. VIII p. 1064; t. Thamugadensis Revue archéologique 1895 t. 27 p. 587 n. 108). De homine cf. Seeck Symm. p. CLXXVIII.*

**5537** Gabinius Vettius | Probianus v. c., praef. urbi<sup>1</sup>, | statuam quae basilicae Iuliae a se noviter | reparatae ornamento | esset adiecit.

*In foro Romano rep. basis, cuius alio latere antea usi erant ad inscribendum titulum supra N. 722 (VI 1456 b descripserunt Pighius alique). Gemella fuit basis VI 51866 (= Bull. comunale 1883 p. 228 n. 644); fragmentum tertii exempli est VI 1658 d. Praeterea similes bases ab eodem Probiano positae sunt VI 1658 a. b. 5864 (= 51883/4). — 1) Probianus praefectus urbi fuit a. 577 (cod. Theod. 11, 2, 3). Basilicas castrenses habes supra N. 2548. 2615. 2619. 2620.*

**5538** V.<sup>1</sup> Popidius | Ep. f.<sup>2</sup> q.<sup>3</sup> | porticus | faciendas | coeravit.

*Pompis in foro ad ingressum principalem basilicae, nunc Neapoli (I 1249. X 794; imaginem Ritschl tab. LXXVIII J). — 1) Vibius. — 2) Epidii filius. Alius Vibius Popidius, sed Vibii filius, est in t. Osco Pompeiano apud Nissen Pomp. Stud. p. 544. — 3) Quaestor. — Titulus scriptus ante coloniam Pompeios deductam, cf. Mommsen C. I. L. X p. 95, non multo ante coloniam deductam scriptum putat Mommsen (etiam antiquiorem putat Mau Roem. Mitth. 1896 p. 144). De porticibus fori a Popidio extractis cf. Nissen pomp. Studien p. 506; Mau Roem. Mitth. I. c.*

**5539** T. Vettius Q. f. | Ser., architectus, | porticus de peq. | pagan.<sup>1</sup> faciund. | coer., | A. Hirtio C. Vibio | cos.<sup>2</sup>

*Prope Saponaram, ubi fuit Grumentum, in ruderibus porticus (X 8095 descr. Paulus Caputi Notizie degli scavi 1877 p. 150). — 1) De pecunia paganorum. — 2) A. u. c. 744.*